

ist durcheinander gemischt. Die Kaisergeschichte schliesst schon unter Friedrich II. auf f. 69 mit den Worten (SS. XXII, 472, Z. 26) 'quod tempore Fernandi regis Castelle liber debuit inveniri'. Die Papstgeschichte schloss ursprünglich schon mit Clemens IV. Es folgt aber auf f. 70 eine kurze Fortsetzung, die ich von Innocenz V. an abgeschrieben habe und hier mittheile. Das Urtheil über Nicolaus III. ist darin interessant.

Innocentius V^{us}, Burgundus de Tarantasia de ordine Predicatorum, in sacra theologia magister et doctor eximius, de archiepiscopo Lugdunensi factus est episcopus Hostiensis, demum summus pontifex et sedit men. V, diebus II, et cessavit d. XVIII. Hic morte¹ preventus pauca fecit.

Adrianus V^{us}, Ian[uensis], nepos domini Innocentii III, sedit m. I, d. IX. Hic constitutionem d. Gregorii X. de artatione cardinalium in electione summi pontificis suspendit et suspensam reliquit, sepultus Viterbii in ecclesia Minorum.

Iohannes XXI^{us}, natione Hispanus Portugalensis, sedit m. VIII, Viterbii factus est papa et ibi sepultus est in ecclesia maiori, religiosorum non satis amicus.

Nicolaus de domo Ursina electus est papa Viterbii anno Domini MCCLXXVII, sedit annis II^{us}, m. VIII, diebus XX; fuit amicus religiosorum et precipue fratrum Minorum, quorum prius fuerat dominus; maxime dilexit cognatos. Hic per fratrem Latinum, nepotem suum, episcopum Hostiensem, fecit fieri pacem Florentie inter Gelfos et Gebelinos. Huius tempore ex terremotu nimio multa castella Tuscie et Romandiole corruerunt cum magno hominum interitu; moritur Suriani non procul a Viterbio, sepelitur Rome in ecclesia sancti Petri, in capella sancti Nicolai, quam ipse construxerat. Hunc dixerunt non habere parem in orbe, si sine cognatis foret, quibus nimium indulgebat.

Martinus Galicus Viterbii eligitur, qui sedit ann. II, m. I^o, d. I^o. Huic rebellarunt multe civitates, contra quas missit exercitum; dilatavit palatium in Montefalconis et in Urbe-veteri et Perusii; rebellavit Scicilia, quam Petrus rex Aragonum cum intrasset, statim a Martino est excommunicatus et regno privatus², quod donavit filio regis Francorum. Carolus rex Scicilie Sciciliam cum summo exercitu intrat, sed nil proficit.

Finis.

IV) Florenz, Bibl. Nazionale, Conventi soppressi 733. B 4, stammt aus S. Maria Novella, mbr. fol., saec. XIV, enthält f. 1—26' die Chronik Martins von Troppau, die Päpste links, die Kaiser rechts mit einigen Zusätzen auf den Rändern. Die

1) 'mortē' Hs.

2) 'privavit' Hs.